

AVREVS TRACTATVS  
PRAEEMINENTIAE

M. C. V.

I N D E B I T A E T O R T U R A E.

ac excessus in ea, & debilitationis membrorum torti.

Sequuntur supplicationes Sux Excellentiae quærimoniz iadibitæ  
torturæ, debilitationis membrorum, & excessus.

*Cum Annotationibus, et Singularibus Syndicatus  
Officialium.*

A V T H O R E F R A N C I S C O C A R R A B B A  
Rubborum Basilicatæ Prouinciæ Malleo Syndicatus Offi-  
cialium Regni, & expertissimo V. I. D.

P E R I L L V S T R I

C A E S A R I A L D E R I S I O.



N E A P O L I,

Ex Typographia Ioannis Iacobi Carlini. M. DC. XV.

---

Sumptibus Petri Antonij Reghæ, Bibliopolæ Partenopæ.



PERILLVSTRI  
CAESARI ALDERISIO  
REGIO CONSILIARIO,  
ET MAGNO VICECANCELLARIO.



Vae in Aurea sua Praxi  
Franciscus Carrabba e-  
diderat superioribus an-  
nis, ad publicam vtilita-  
tem Tractatus aliquos su-  
mis laboribus elucubra-  
tos euocarunt At vero tui nominis tute-  
la ( Senatorum amplissime ) in medium  
prodeunt, a cuius perenni prudentia, sa-  
pientia, eruditione, curiosorum ingenia  
huius-

# P R A E F A T I O A V T H O R I S.



V M materiam sindicatus officialium Regni simus tractaturi, ut aliqua de officialibus dicamus oportunum est, prout in officijs sacerdere debeant officiales; nam officialis debet esse doctus, ideo nullus officialis eligi debet nisi sit doctus, & iureperitus 20. distinct. in princ. glosa ibidem in verbo scien-

tia ignorantia vero est mater, & radix omnium errorum cap. 36. distinct. idcirco officialis est eligendus ob virtutes, & merita Bos. in tit. de ambicios. nu. 1. & qui habet bonū nomen vt ff. de re milit. non omnes s. à barbaris ex improviso, nec est promouendus, qui habet malam famam, & nomen, Cassan. in consuetud. Burg. §. 6. rubr. iustit. neque qui est accusatus de aliquo crimine l. reos criminis C. de infamib. lib. 10. neque accusatione pendente potest ad officium promoueri cap. omnipotens Deus de accusat. ibique DD. quinimodo pendente accusatione interdicitur officiali administratio officij Vincen. de Franch. dec. 8. 1. vol. & dum officialis vult alios corrigeret debet se ipsum corrigeret, & qui potest alterius errores iudicare, qui non habet quidquam in se ipso condemnet cap. iudicet 3. q. 7. officialis debet esse iustus, purus, atque incorruptibilis Beat. Paul. ad Rom. epist. 2. Paris de Put. in tract. de sindic. rubr. de excessi confiliariorum num. 12. non debet pendere ad dexteram, neque ad sinistram tenere stateram in manu, ita iudicare paruum sicut magnum cap. omnis qui iuste 45. distinct. glosa in cap. cum æterni in verbo stateram de re iud. lib. 6. debetq. habere duos sales, sal sapientiae, & sal conscientiae Bald. in l. 2. col. fin. de sent. ex per recitand. Menoch. de arbitr. iud. casu 339. nu. 1. alias officialis diceretur iustus in quo non est iustitia cap. iustum 23. quætit. 2. Cassioder. lib. 3. epist. 28. dicit quod tandem dicitur iudex quandiu iustus putatur; Mundus. n. illuminatur per homines scientificos aut h. habita ibi Bald. C. ac fil. pro patre in 4. col. cap. multi distinct. 40. totusque mundus regitur ob iustitiam, & scientiam Abb. in cap. cum adeo de rescript. cap. ex eo de elect.

# BREVISSIMVS TRACTATVS.

Præheminentiæ Magnæ Curiæ Vicariæ, indebitæ torturæ,  
ac excessus in tortura, & debilitationis, membro-  
rum, torti miro ordine, limitationibus  
ac distinctionibus.

AVCTORE FRANCISCO CARRABBA.

V. I. D.



V A M V I S Superioribus annis in materia  
sindicatus officialium, in rubrica disputationis  
querelæ iniuriosæ, & indebitæ torturæ  
aliqua dixerim, vt in meo opusculo in se-  
cunda parte dignosci potest, tamen vt lu-  
crubationes, vtiles, & necessarias, Præhe-  
minentiæ Magnæ Curiæ Vicariæ, in Theori-  
ca, & Practica referam, Tractatum breui-  
simum, de Præheminentia Magnæ Curiæ  
Vicariæ pro omnium vtilitate, composui

clarum ordinem, lucidumq; in præfata torturæ materia demonstran-  
do; Nam practica, est, rerum magistra vt in cap. quamsit de elect.  
in 6. glosa ibidem in verbo magistra, natura potentem ars facilem  
2. vsus prout redidit artificiū omne enī artificium, per cōtinuum  
exercitium recipit incrementum l. legatis ſ. ornaticibus ff. de leg.  
3. multa experientia facit artem Aristit. in princ. Metaphis. Idcirkò  
3. Iudex debet iudicare secundum consuetudinem Patriæ, & Docto-  
rum iudicantium Afflīt. dec. 96. in fine glosa in l. iubemus C de iu-  
die. Dum ego pluribus annis fuīsem, in pluribus præsentis, Regni  
partibus, ab Vniuersitatibus, & à Sindicatoribus impulsu quodam,  
ad dēcidendas, causas sindicatus officialium, tanquam Iudex voca-  
tus, idque recusare non valui ideò præfatam materiam, Sindicatus  
officialium Regni in tertia, & vltima parte ampliaui; Nam vt euā-  
dat retia sindicatus, & laudibus approbetur officia'is debet habere

A

dios